



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

quæ est 5. librarum auri. Respondetur
huiusmodi leges loqui de punienda con-
tumacia accusatoris in diversis casibus, si
enim accusator contumax fuerit ante litis
contestationem, locum habet lex illa *qui
crimen C. qui accus: non poss:* Si verò contu-
max sit lite contestata, punitur tunc pec-
na Turpilliani, id est, 3. parte mobilium
& sic intellige *L. 1. C. ad Turpill.* Rofred.
parte 7. tit. de accus: *qualiter punitur contu-
macia accusatoris & accusati.*

Cæterum neutro in contumaciam de-
veniente, sed utroq; coram Iudice sesi-
stete, Præses dabit libellum accusatorium
& accusatus recipiet, proponens excepti-
ones dilatorias, si quas habet ante litis
contestationem, quia sicut possunt oppo-
ni in civilibus ita & incriminalib⁹ ut *ff. ad
Leg. Iul: de adulter.* Si autem non habeat di-
latorias, litem contestabitur, & jurabit de
calumnia, & contra confitentem dabitur
sententia ut *ff. de exhib: reis L. si confessus.* Si
negaverit, probabitur contra eum, per a-
pertissimas probationes, non autem per
præsumptiones *L. sciant C. de probat. nisi in
certis casibus, puta si inveniatur solus cum*
sola

sola in lecto jacens, in locis secretis & latebris, præsumuntur fornicarii. *cap. literas. de præsumpt.* Inducentur ergo testes in præsentia actoris & rei, qui personaliter intererunt, non autem per procuratorem, (*L. pen. §. ad crimen ff. de pub. jud. præterquam si universitas accuset L. tam collatores. lib: 12. C. de re milit:.*) probatoq; delicto Reoq; confesso in eum condemnationis sententia dicitur, nulla ei regulariter appellatione concessa *L. observare. C. quorum appell: non recip.* & hæc omnia procedunt, quando accusator & accusatus fideijussori committuntur. *vide Rosfred: sup. loco cit.*

6. Resolvenda restant nonnulla circa personas, quæ ab accusando repelluntur, vel contrà. Et quidem diversæ sunt causæ, ob quas aliqui accusare non possunt. Prima est ratione sexûs, sicut Mulier nec arbiter, nec iudex, nec procuratrix esse potest: ita neq; accusationis Officium exercere valent, quia sic clarè statutum *L. qui accusare. ff. de accus: L. cum Prator. ff. de procur. imò etiam L. alienam. C. de Procur. neque tutrix esse potest nisi filiorum.* Undè dicitur, *arbitrij librum non tractet fœmina nullum.*